

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris nos predia nostra byelhem existencia videlicet vnum agrum sex marchas valentem & dimidietatem fundi eiusdem Domine priorisse de guthem vendidisse. Ne quis igitur in posterum calumpniare presumat uel reuocare sigillum domini arnberni presenti scedule iam appendet. Actum anno domini. M°.CC°.LXXX.IIIto. idus septembris. valet.

På frånsidan: Super biællem. Sigillet skadadt.

795.

1284 d. 5 Nov.

Strengnäs.

Kon. MAGNUS I:s Gåfvobref på Fridhæster till Strengnäs Domkyrka.

A. 3. g. 2. 11.

MAGNUS dei gracia sweorum gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem, Tenore presencium notum facimus vniuersis Quod nos ecclesie strengenensi, quandam partem terre vulgariter fiæll dictam apud sører, que uocatur fridhæster, cum ceteris pertinencijs, conferimus eternaliter possidendam, in cuius testimonium sigillum nostrum presentibus appensum est ad euidenciam plenioram, Datum strengenes Anno domini M°.CC°.LXXXIII Nonis Nouembris.

Sigillet, skadadt, hänger i en urklippt remsa.

796.

1284 d. 16 Dec.

Örebro.

Kon. MAGNUS I:s Stadfästelse på Bisk. ANUNDS i Strengnäs & Kongl. Maj:ts befallning fäll da dom i tvisten mellan Gudhems kloster och RÖARIK ALGOTSON om fisket vid Ana.

A. 3. n. 1. 10.

MAGNUS dei gracia sweuorum gotorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino Notum esse volumus vniuersis quod, sentenciam venerabilis patris domini. A. strenginensis episcopi, ex mandato nostro, cum testimonio fidedignorum de næricia factam super questione que mouebatur, inter religiosas dominas, sanctimoniales de risæbyærgh, ex vna parte & dominum røricum algoti ex altera, super quibusdam pischariis apud Ana, quod medietas dictarum pischacionum, & in ipso ampne, & in graf oseno, ad hoc quod curie ipsius domini rørici, subiacet, memoratis pertineat dominabus, ratam decernimus, & auctoritate presencium sentencialiter confirmamus, In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum, øræbro anno domini, M°.CC°.LXXX quarto, XVII kal. ianuarii.

På frånsidan: littera de Alna. Sigillet, något skadadt, hänger i en ur brefvet klippt remsa.

797.